

74

Explicit primis tractatus declaratiuus quin
decim capitulorum precedentium.

Incipit secundus tractatus declaratiuus a capti-
one constantinopolitana usque ad finem mundi.
Cuius principium est apocalipsis xvj. capitulum.

Audiui vocem magnam de templo dicentem septem
angelis etc. Quisquis vis ultimam noticiam et summam
delectationem huius sancte apocalipsis consequi ante te habe
apocalipsim. et postquam litteram per te legeris vite hanc explanatores
Igitur presuppositis croniciis. quas gracia breuitatis obmittimus
Tria in hoc capitulo sunt promittenda. Primum est ut aiunt doctores
quod septem sigilla fuerunt septem potissime persecuciones tempore martyrum
Deinceps secute sunt septem tube. que fuerunt septem magne hereses
post constantinum. Quarum ultima fuit heresis maumethi. qui
dicitur pseudo prophetas et bestia et septem eius. Septem vero phialas
ut hic ait iohannes sunt septem ultime plage ecclesie illate ab
hac bestia. Et quia secundum omnes litterales doctores hec plage pertinent
ad tempora bestie post septem tubas. Datet quosdam male exponere
referendo huiusmodi plagas aliquas ad saracenos. aliquas ad
hereses. quia heresum plage pertinent ad statum tubarum et non phialarum
Secundo promittendum est tam secundum litterales expositores quam etiam beati
thomam. prima parte quod est in articulo vij. quod angeli appellantur principes
et custodes regnorum et prouinciarum qui propter defectum et culpam ho-
minum permittunt homines pati aduersitates et mala. Tunc autem mau-
methi venit vniuersalis discessio ecclesiarum et regnorum ab
obediencia tam romani imperij quam romane ecclesie. Et idcirco
merito talis rebellionis et heresis iussit deus septem angelis
ut effunderent super dictas ecclesias et regna phialas ire sue sive
saracenos. quia sicut in phiala continetur liquor ad voluntatem
dei. Sic in saracenis continentur flagella ad voluntatem dei.

Flagella 1
Persecutio 1
Phiala 1